pane. Nouit iustus animas iu-
mentorum suorum: uiscera autem impi-
orum crudelia. Qui operatur terram
suam. saturabitur panibus: qui au-
tem sectatur otium. stultissimus est.
Desiderium impij monumentum est
pessimorum: radix autem iustorum

xvii. c.

proficiet.

Lxxxviii. Propter peccata labiorum ruina
proximat malo: effugiet autem iustus
de angustia. De fructu oris sui
unusquisque replebitur bonis:
et iuxta opera manuum suarum retri-
buetur ei. Via stulti recta in oculis
eius. qui autem sapiens est audit
consilia. Fatuus statim indicat
iram: qui autem dissimulat iniuriam
callidus est. Qui quod nouit loquitur
index iusticie est: qui autem men-
titur testis est fraudulentus. Est
qui percutit et quasi gladius pun-
gitur conscientie: lingua autem
sapientium sanitas est. Labium veri-
tatis firmum erit impetuum. qui
autem testis est repentinus. concin-
nat linguam mendacium. Dolus in
corde cogitantium mala: qui autem
inueniunt pacis consilia: sequuntur
eos gaudium. Non contristabit ius-
tum quicquid ei acciderit: im-
pii autem replebuntur malo. Abho-
minatio est domino labia mendacia:
qui autem fideliter agunt placent
ei. Homo uerfutus scelat scientiam:
et cor insipientium puocat
stulticiam. Manus fortium domina-
bitur: que autem remissa est tri-
butis seruiet. Memor in corde
uiri humiliabit eum: et sermo
ne bono letificabit. Qui negli-
git dampnum propter amicum iustus
est: iter autem impiorum decipiet
eos. Non inueniet fraudulentum
lucrum: et substantia hominis
erit auri pretium. In semita iusti-

cie uita: iter autem deinum ducit ad
mortem. Filius sapiens doctrina patris:
qui autem illusor est non audit cum ar-
guitur. De fructu oris homo satura-
bitur bonis: anima autem preuari-
catorum iniqua.

Lxxxix. Qui custodit os suum. custodit ani-
mam suam: qui autem inconsideratus
est ad loquendum sentiet mala. Vult
et non uult piger: anima autem operatum
impinguabitur. Uerbum mendax
iustus detestabitur: impius autem
confundit et confundetur. Iusti-
cia custodit innocentis uiam: impi-
etas uero peccatorem supplantat.
Est quasi diues cum nichil habe-
at: et est quasi pauper cum in multis
diuitijs sit. Redemptio anime ui-
ri diuitie sue: qui autem pauper est
inreparatione non sustinet. Luxu-
storum letificat: lucerna autem im-
piorum extinguet. Inter superbos ser-
pentina sunt: qui autem agunt cum
cuncta consilio. reguntur sapientia.
Substantia festinata minuetur:
que autem paulatim colligitur ma-
nu multiplicabit. Spes que dif-
fertur affliget animam: lignum uite
desiderium ueniens. Qui detrahit
alicui rei. ipse se infuturum obligat:
qui autem timet preceptum in pace
seruabitur. Lex sapienti fons ui-
te: ut declinet a ruina mortis.
Doctrina bona dabit gratiam: in iu-
nere contemptorum uorago. Astu-
tus omnia agit cum consilio: qui
autem fatuus est aperiet stulticiam.
Nuntius impij cadet in malum:

legatus fidelis sanitas. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem adquiescit arguenti glorificabitur. Desiderium si compleatur: delectat animam. Detestantur stulti: eos qui fugiunt mala. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit: amicus stultorum efficietur similis. Peccatores persequitur malum: et iustus retribuunt bona. Bonus relinquet heredes filios et nepotes: et custoditur iusto substantia peccatoris. Multi cibi in noualibus paruum: et alij congregantur absque iudicio. Qui parcat uirge odit filium suum: qui autem diligit illum instanter erudit. Iustus comedit et replet animam suam: uenter autem impiorum insatiabilis.

Sapienter edificat domum suam: insipienter exstructam quoque destruet manibus. Ambulans recto itinere et timens dominum: despicietur ab eo qui infamem graditur uiam. In ore stulti uirga superbie: labia sapientium custodiunt eos. Ubi non sunt boues. presepes uacuum est: ubi autem plurime segetes. ibi manifesta fortitudo bouis. Gestus fidelis non mentietur: profert mendacium dolosus testis. Querit derisor sapientiam et non inueniet: doctrina prudentium facilis. Uade contra uirum stultum: et nescit labia prudentie. Sapientia callidi est intelligere uiam suam: et imprudentia stultorum errans. Stultus illudit peccatum: inter iustus mo-

rabitur gratia. Cor quod nouit amaritudinem anime sue: in gaudio eius non miscebitur extaneus. Domus impiorum delebitur: tabernacula iustorum germinabunt.

Est uia que uidetur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem. Risus dolori miscebitur: et extrema gaudij luctu occupat. Uisus suis replebitur stultus: et super eum erit uir bonus. Innocens credit omni uerbo: astutus considerat gressus suos. Sapiens timet et declinat a malo: stultus transilit et confidit. Impaciens operabitur stulticiam: et uir uerbosus odiosus est. Possidebunt paruuli stulticiam: et astuti expectabunt scientiam. Iacebunt mali ante bonos: et impij ante portas iustorum. Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici uero diuitum multi. Qui despiciat proximum suum peccat: qui autem miseretur pauperi beatus erit. Qui credit in domino misericordiam diligit: errant qui operantur malum. Misericordia et ueritas: preparant bona. In omni opere erit abundantia: ubi autem uerba sunt plurima. ibi frequenter egestas. Corona sapientium diuitie eorum: facultas stultorum imprudentia. Liberat animas testis fidelis: et profert mendacia uersipellis. In timore domini fiducia fortitudinis: et filiis eius erit spes. Timor domini fons uitae: et declinat a ruina mortis. In multitudine populi

xxxvii.

xxxviii.

dignitas regis: et in paucitate ple-
bis ignominia principis. Qui pa-
ciens est multa gubernat prudē-
tia: qui autē impaciens est exal-
tat stulticiā suā. Vita carniū sa-
nitas cordis: putredo ossi inuidia.
Qui calūpniatur egentē. exprobrat
factori eius: honorat autē eum
qui miseretur paupis. In malitia
sua expelletur impius: sperat au-
tem iustus in morte sua. In corde
prudens requiescit sapientia:
et indoctos quoq; erudiet.

Lxxxii
Ab. r.
Viticia eleuat gentē: miseris facit
populos peccatū. Acceptus est regi
minister intelligens: iracundiā
eius inuitis sustinebit. Respon-
so mollis frangit iram: sermo du-
rus suscitāt furorē. Lingua sa-
pientiū ornat scienciā: os fatuo-
rū ebullit stulticiā. In omni loco
oculi dñi contēplantur bonos
et malos. Lingua placabilis lig-
nū uitę: quę autē immoderata
est conteret spm. Stultus irridet
et ridet disciplinā patris sui: q̄
autē custodit increpationes. a-
stutior fiet. Domus iusti pluri-
ma fortitudo: et infructib; im-
pij conturbatio. Labia sapienti-
um disseminabunt scienciā: cor
stultorū dissimile erit. Victimę
impiorū abominabiles dño:
uota iustorū placabilia. Abho-
minatio est dño uia impij: qui
sequitur iusticiā diligitur ab eo.
Doctrina mala deserenti uiam:
qui increpationes odit moriet̄.

Infernus et p̄ditio corā dño: quan-
tomagis corda filiorū hominū:
Non amat pestilens eū qui se cor-
ripit: nec ad sapientes graditur.
Cor gaudens exhilarat faciē: in-
merore animi deicitur sps. Cor
sapientis queret doctrinā: et os stul-
torū patietur ipertua. Om̄s dies
paupis malis: securamēni quasi
iuge conuiuū. Melius est parū
cum timore dñi: quā thesauri ma-
gni et insatiabiles.

Lxxxiii
Melius est uocare ad holera cū ca-
ritate: quā ad uirtutū saginatū cū
odio. Uir iracundus puocat rixas:
qui paciens est irrogat suscitatas.
Iter impiorū quasi sepes spinarū:
uia iustorū absq; offendiculo. Fili-
us sapiens letificat patrē: et stultus
homo despicit matrē suā. Stulti-
cia gaudium stulto: et uir prudēs
diriget gressus ^{suis}. Dissipantur cogi-
tationes ubi non est consiliū: ubi
uero plures sunt consiliarij. confir-
mantur. Letatur homo in sciencia
ocul sui: et sermo oportunus est op-
timus. Semita uitę sup eruditiū:
ut declinet de inferno nouissimo.
Domū supborū demoliet̄ dñs:
et firmos faciet terminos uiduę.

Lxxxiiii
Abominatio dñi cogita-
tiones male: et purus sermo pul-
cherimus firmabitur ab eo. Con-
turbat domū suam qui sectatur
auaritiā: qui autē odit mune-
ra uiuet. Mens iusti meditabitur
obediētiā: os impiorū redundat
malū. Longe est dñs ab impijs: et

orationes iustorum exaudiet. Lux o-
culorum leuificat animam: fama bo-
na impinguat ossa. Auris que
audit increpationes uite: in me-
dio sapientium commorabitur. Qui
abicit disciplinam. despicit animam
suam: qui autem adquiescit increpa-
tionibus; possessor est cordis. Timor
domini disciplina sapientie: et gloriam
precedit humilitas. Homini est
animam preparare: et dominum guber-
nare linguam. Omnis uisus hominum
patent oculis eius: spirituum pon-
derator est dominus. Reuela domino opa
tua: et dirigentur cogitationes
tue. Vniuersa propter semetipsum
operatus est dominus: impium quoque ad
diem malum. Abominatio domini est
omnis arrogans: etiam si manu ad
manum fuerit non erit innocens.
Misericordia et ueritate redimitur iniqui-
tas. et in timore domini declinat a ma-
lo. Cum placuerint domino uisus ho-
minis: inimicos quoque eius conuer-
tet ad pacem. Melius est parum cum
leticia: quam multa fructus cum
iniquitate. Cor hominis disponet
uiam suam: sed dominus est dirigere gres-
sus eius. Diuinitio in labiis regis:
in iudicio non errabit os eius. Pon-
dus et statera iudicia domini sunt: et
et opera eius omnes lapides sancti. Abho-
minabiles regi qui agunt impie:
quam iusticia firmat solium. Volun-
tas regum labia iusta: qui recta lo-
quitur dirigetur. Indignatio regis
nuntius mortis: et uir sapiens pla-
cabit eam. In hilaritate uultus

regis uita: et clementia eius quasi
imber serotinus. Posside sapientiam
quia auro melior est: et ad-
quire prudentiam. quia preciosi-
or est argento. Semita iustorum
declinat mala: custos anime sue
seruat uiam suam. Contritionem
precedit superbia: et ante ruinam
exaltat spiritus. Melius est humilia-
ri cum inimicis: quam diuidere spolia
cum superbis. Eruditus in uerbo
reperiet bona. et qui in domino spe-
rat beatus est. Qui sapiens corde
est appellabitur prudens: et qui
dulcis eloquio maiora reperiet.
Fons uite eruditio possidentis: do-
ctrina stultorum fatuitas. Cor sapi-
entis erudiet os eius: et labiis illi
addet gratiam. Fauus mellis uerba
composita: dulcedo anime est
sancta ossum. Est uia que uidet
homini recta: et nouissima eius
ducunt ad mortem. Anima labo-
rans laborat sibi: quia compulit
eum os suum. Uir impius fodit
malum: et in labiis eius ignis ar-
descit.

Homo puer sus suscitatur lites: et
uerosus separat principes. Vir
iniquus lactat amicum suum: et
ducit eum per uiam non bonam. Quia
attonitus oculis cogitat praua.
mordens labia sua perficit malum.
Corona dignitatis senectus: que
in uisus prudentie reperit. Me-
lius est patiens uiro forti: et qui
dominatur animo suo expugnatore
urbium. Sortes mittuntur in si-

Faxxv.

num: sed ad dno temperantur. Melior est buccella sicca cum gaudio: quam domus plena uicis cum iurgio. Seruus sapiens dñabitur filiis stultis: et inter fratres hereditate diuidet. Sicut igne pbatur argentū. et aurū camino: ita corda pbat dñs. Malus obedit lingue inique: et fallax obtemperet labijs mendacibus. Qui despicit pauperem. exprobrat factori eius: et qui in ruina letatur alterius. non erit impunitus. Coro serui filij filiorū: et glia filiorū patres eorū. Non decet stultū uerba composita: nec pncipem labium mentiens. Gemma gratissima expectatio prestolantis: quocūq; se uerterit prudenter intelliget. Qui celat delictum. querit amicitias: qui altero sermone repetit. separat federatos. Plus pficit correptio apud prudentē: quā centum plage apud stultū. Semp iurgia querit malus: angls autē crudelis mittet contra eū. Expedi magis urse occurrere rapis feribus: quā factuo confidenti sibi in stulticia sua. Qui reddit mala p bonis: n̄ recedet malū de domo sua. Qui dimittit aquā caput est iurgiorum: et antequā patiat contumeliā iudiciū deserit. Et qui iustificat impiū. et qui condēnat iustū: abhominabilis est uterq; apud dñm. Quid pdest habere diuitias stulto. cum sapientiam emere non possit.

Omnino tempore diligit qui amicus est: et frater in angustijs comprobatur. Homo stultus plaudet manibus: cū spononderit p amico suo. Qui meditabit discordias diligit rixas: et qui exaltat os suum querit rurnā. Qui puer si cordis est non inueniet bonū: et qui uerit linguā incidet in malum. Natus est stultus in ignominia sua: sed nec pater in fatuo letabit. Animus gaudens etate floridam facit: sps tristis exsiccet ossa. Munera de sinu impius accipit: ut puertat semitas iudicij. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorū in finib; terre. Ira patris filius stultus: et dolor matris que genuit eū. Non est bonū dāpnū inferre iusto: nec pcutere pncipem qui recta iudicat. Qui moderatur sermones suos. doctus et prudens est: et preciosi sps uir eruditus. Stultus quoq; si tacerit. sapiens reputabitur: et si cōpresserit labia sua intelligens. **O**ccasiones querit qui uult recedere ab amico: omni tempore erit expbrabilis. Non recipit stultus uerba prudentie: nisi ea dixerit. que uer santur in corde eius. **I**mpius cum in pfundū uenerit peccatorū contempnit: sed sequitur eum ignominia et opprobrium. Aqua pfunda uerba ex ore uiri: et torrens redundans fons sapientie. Accipe psonam impij in iudicio non ē bonū:

xxxvi.

xlvij.

xxxvii.

ut declines a ueritate iudicij. Labia stulti immiscunt se rixis: et os eius iurgia puocat. Os stulti contritio eius: et labia ipsius ruina anime eius. Verba bilinguis quasi simplicia: et ipsa pueniunt usq; ad interiora uentris. Qui mollis et dissolutus est in ope suo: frater est sua opa dissipantis. Curris fortissima nomen dñi: ad ipsa currit iustus et exaltabitur. Substantia diuitis urbs roboris eius: et quasi murus ualidus circumdant eum. Antequa conteratur: exaltatur exaltatur cor hominis: et antequam glorificetur: humiliatur. Qui prius respondet quam audiat: stultu se esse demonstrat. et confusione dignu. Sp̄s uiri sustentat in beallitate sua: sp̄m uero ad irascendu facilem. quis poterit sustinere: Cor prudens possidebit scientia: et auris sapientium queret doctrina. Donu hominis dilatat uia eius: et ante principes spacium ei facit. Iustus prior est accusator sui: uenit amicus eius et inuestigabit eu. Contradictiones comprimit iustus: et inter potentes quoq; diiudicat. Frater qui adiuuatur a fr̄e. quasi ciuitas firma: et iudicia quasi uectes urbiu. De fructu os uiri replebitur uenter eius: et gemina labioru illius saturabunt eum. Mos et uita in manu lingue: qui diligunt eam comedent fructus eius.

Qui inuenit mulierem bonam inuenit bonu: et hauriet iocunditate a dño. Cum obsecrationib; loquetur pauper: et diues effabitur rigide. Uir amabilis ad societate: magis amicus erit qua frater. Melior paup qui ambulat in simplicitate sua: qua diues torquens labia insipientis. Vbi non est scientia anime. non est bonu: et qui festinus est pedib; offendit. Stulticia hominis supplantat gressus eius: et contra dñm feruet animo suo. Diuitie addunt amicos plurimos: a paup autē et hi quos habuit separantur. Testis falsus non erit impunitus: et qui mendacia loquitur non effugiet. Multi colunt personam potentis: et amici sunt dona tribuentis. Fratres paupis hominis oderunt eum: insup et amici procul recesserunt ab eo. Qui tantu uerba sectatur nichil habebit: qui autē possessor est mentis. diligit animam suam. et custos prudentie inueniet bona. Testis falsus non erit impunitus: et qui loquitur mendacia peribit. Non decent stultum delicie: nec seruū dñari pncipib;. Doctrina uiri patientiam nascitur: et gloria eius est iniqua pretergredi. Sicut fremitus leonis. ita et ira regis: et sicut ros sup herbam. ita et hilaritas eius. Dolor patris filius stultus: et terra iugiter pro stillantia trigiosa mulier. Domus et diuitie dantur a parentib;: a dño autē uxor

Lxxxviii.

xix. c.

prudens. Pigredo immittit soporem: et anima dissoluta esuriet. Qui custodit mendacium custodit animam suam: qui autem negligit uas suas mortificabitur.

Lxxxix. **B**eneratur domino qui misereatur pauperi. et uicissitudinem suam reddet ei. Erudi filium tuum ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. Qui impatient est sustinebit dampnum: et cum rapuerit aliud apponet. Audi consilium et suscipe disciplinam: ut sis sapiens in nouissimis tuis. Multe cogitationes in corde uiri: uoluntas autem domini permanebit. Homo indigens misericors est: et melior pauper quam uir mendax. Timor domini ad uitam: et in plenitudine commorabitur. absque uisitatione pessimi. Abscondit piger manum suam sub ascella: nec ad os suum applicat eam. Pestilente flagellato. stultus sapientior erit: si autem corripuerit sapientem. intelliget disciplinam. Qui affligit patrem et fugit matrem: ignominiosus est et infelix. Non cesses filij audire doctrinam: nec ignores sermones scientie. Vestis iniquus deridet iudicium: et os impiorum deuorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia: et mallei patientes stultorum corporibus. Luxuriosa res uinum: et tumultuosa ebrietas. Quicumque his delectatur: non erit sapiens. Sicut rugitus leonis. ita et terror regis. qui

puocat eum peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se a contentione: omnes autem stulti miscentur contumelijs. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo estate: et non dabitur ei. Sicut aqua profunda sic consilium in corde uiri: sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes uocantur. uirum autem fidelem quis inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios derelinquet. Rex qui sedet in solio iudicij: dissipat omne malum inuitu suo.

Lxxxi. **Q**uis potest dicere mundum est cor meum. purus sum a peccato? Pondus et pondus. mensura et mensura: utrumque abhominabile est apud dominum. Ex studijs suis intelligitur puer: si munda et recta sunt opera eius. Aurem audientem. et oculum uidentem dominus fecit utrumque. Noli diligere somnum: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos: et saturare panibus. Malum est malum est dicit omnis emptor: et cum recesserit tunc gloriatur. Arum et multitudo gemmarum et uas preciosum: labia scientie. Colle uerimentum eius qui fide iussor extitit alieni: et pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis est homini panis mendacij: et postea implebitur os eius calculo. Cogitationes consilij roborabunt: et gubernaculis: tractanda sunt bella. Si qui reuelat misteria et ambu-

lat fraudulenter. et dilat labia
sua: ne commiscearis. Qui male
dicit patri suo et matri: extin
guetur lucerna eius in medijs
tenebris. Hereditas ad quã festi
nat in principio: in nouissimo
benedictione carebit. Ne dicas red
dã malũ: expecta dñm et libera
bit te.

F. xli. **A**bominatio est apud dñm pō
dus et pondus: statera dolosa ñ
est bona. A dño dirigunt gressus
uiri. quis autẽ hominũ intellige
re potest uiam suã: Ruina est ho
mini deuorare scõs: et post uota
tractare. Dissipat impios rex sapi
ens: et incuruat sup eos fornicẽ.
Lucerna dñi spiraculũ hominis:
que inuestigat omnia secreta uen
tris. Misericordia et ueritas custodi
unt regem: et roboratur clemen
tię thronus eius. Exultatio iuue
num fortitudo eorũ: et dimitas
senũ canities. Liuor uulneris ab
sterget mala: et plage in secreti
orib; uentris. Sicut diuisiones
aquarũ. ita cor regis in manu
dñi: quocũq; uoluerit inclina
bit illud. Omnis uia uiri recta
sibi uidetur: appendit autẽ cor
da dñs.

F. xlii. **F**acere misericordiam et iudicium:
magis placent dño quam uicti
me. Exaltatio octõrum et dilata
tio cordis: lucerna impiorũ pec
cati. Cogitationes robusti semp
in habundantia: omnis autem
piger: semp in egestate est. Qui

congregat thesauros lingua men
danti. uanus et excors est: et im
pingetur ad laqueos mortis. Ra
pine impiorũ detrahent eos: quã
noluerunt facere iudiciũ. Peruer
sa uia uiri aliena est: qui autem
mundus est rectũ opus eius. Me
lius est sedere in angulo dogmatũ:
quã cum muliere litigiosa. et in
domo cõmuni. Anima impij de
siderat malũ: non miserebitur
pximo suo. Multato pestilente sa
pientior erit paruulus: et si secte
tur sapientiam. sumet scientiam.
Excogitat iustus de domo impij:
ut detrahat impios a malo. Qui
opcurat aurẽ suam ad clamorem
paupis: et ipse clamabit et non
exaudietur. Munus absconditũ
extinguit iras: et donũ in sinu in
dignationẽ maximã. Gaudiũ iu
sto est facere iudicium: et pauor
opantib; iniquitatẽ. Uir qui erit
uerit a uia doctrinã: in cetũ gi
gantũ commorabit. Qui diligit
epulas in egestate erit: qui amat
iuriũ et pingua ñ ditabitur.
Pro iusto dabitur impius: et pro
rectis iniquus. Melius est habita
re in terra deserta: quã cum mu
liere rixosa et iracunda. Thesau
rus desiderabilis et oleum in ha
bitaculo iusti: et imprudens ho
mo dissipabit illud. Qui sequit
iusticiã et misericordiam: inueniet
uitam et gliam. Ciuitatẽ fortiũ
ascendit sapiens: et destruxit ro
bur fiducię ei. Qui custodit of

suum et linguam suam: custodit
ab angustiis animam suam.

Xliij **S**upbus et arrogans uocat indolens: qui in ira operatur superbiam.

Desiderium occidunt pigri: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Bona die concupiscit et desiderat: qui autem iustus est tribuet et non cessabit. Hostie impiorum abhominabiles: que offeruntur ex scelere. Testis mendax peribit: uir obediens loquetur uictoriam.

Vir impius peccatiter offirmat uultum suum: qui autem rectus est corrigit uiam suam. Non est sapientia. non est prudentia. non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuet. Melius est nomen iustum quam diuitie multe: super argentum et aurum gratia bona. Diues et pauper obuiauerunt sibi: utriusque operatus est dominus. Callidus uidit malum et abscondit se: innocens pertransiit et afflictus est dampno. Timor domini timor domini: diuitie et gloria. et uita. Arma et gladius in uia pueri sui: custos autem anime sue longe recedit ab eis. Pro uerbium est adolescens iuxta uiam suam. etiam cum senuerit non recedet ab ea. Diues pauperibus impat: et qui accipit mutuum seruus est feneratoris. Qui seminat iniquitatem metet mala: et uirga ire sue consumabitur. Qui prius est ad misericordiam benedicitur: de panibus enim suis dedit pauperi. Eice deriso-

rem. et exibat cum eo iurgium: cessabuntque cause et contumelie. Qui diligit cordis mundiciam: propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Oculi domini custodiunt scientiam: et supplantant uerba iniqui. Dicit piger leo est fons: in medio platearum occidendus sum. Fovea profunda os alienae: cui uicium est dominus incidet in eam. Stulticia colligata est in corde pueri: et uirga discipline fugabit eam.

Qui calumpniatur pauperem ut augeat diuitias suas: dabit ipse ditiori et regebit. Inclina aurem tuam et audi uerba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. que pulchra erit tibi cum serua ueris eam in corde tuo. et redundabit in labiis tuis: ut sit in domino fiducia tua. unde et ostendi eam tibi hodie. Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus: et scientia. ut ostenderem tibi firmitatem et eloquia ueritatis. respondere ex his qui miserunt te. Non facias uolentiam pauperi. quia pauper est: neque conteras egenum in porta. quia dominus iudicabit causam eius. et configet eos. qui confixerunt animam eius.

Xliiij **N**oli esse amicus homini iracundo: neque ambules cum uiro furioso. ne forte discas semitas eius. et sumas scandalum anime tue. Noli esse cum his qui desigunt manus suas. et qui uades se offerunt pro debitoribus. Si enim non habes un-

de restituas. quid cause est ut tol-
 las opimentū de cubili tuo: Ne
 transgrediaris terminos antiq̄s:
 quos posuerunt patres tui. Vi-
 disti uirū uelocem in ope suo:
 coram regib; stabit nec erit ante
 ignobiles. Quando sederis ut co-
 medas cum principe. diligenter
 attende que posita sunt ante fa-
 ciem tuā. et statue culturū in gut-
 ture tuo. si tamen habes potestatem
 in animā tuā. Ne desideres de ci-
 bis eius in quo est panis menda-
 tū. Noli laborare ut dixeris: sed
 prudentię tuę pone modū. Ne
 erigas oculos tuos ad opes quas
 habere non potes: quia facient
 sibi pennas quasi aquilę. et uo-
 labunt in celum. Ne comedas
 cū homine inuido: et ne deside-
 res cibos eius. qm̄ in similitudi-
 ne arioli et coniectoris estimat
 qd̄ ignorat. Comede et bibe di-
 cet tibi: et mens eius n̄ est tecum.
 Cibos quos comederas euomes:
 et pdes pulchros sermones tuos.
 In aurib; insipientiū ne loqua-
 ris: quia despicient doctrinam
 eloquiū tuū. Ne attingas termi-
 nos paruulorū: et agrū pupil-
 lorū ne introeas. Propinquus
 enī eorū fortis est: et ipse iudica-
 bit contra te causam illorū. In-
 grediat̄ ad doctrinam cor tuū:
 et aures tuę ad uerba sciencię.
 Noli subtrahere: a puero disci-
 plinā. Si enī percusseris eū uirga:
 non mouetur. Cū uirga percussis

eum: et animam eius de inferno
 liberabis.

Fili mi si sapiens fuerit animus *Exlv.*
 tuus: gaudebit tecū cor meū. et
 exultabunt renes mei. cum locu-
 ta fuerint rectū labia tua. Non
 emuletur cor tuū peccatores. sed
 in timore dñi esto tota die: quia
 habebis spem in nouissimo. et pre-
 stolatio tua non auferetur. Audi
 fili mi et esto sapiens: et dirige in
 uia animū tuū. Noli esse in con-
 uuijs potatorum. nec in comes-
 sationib; eorū qui carnes adue-
 cendū conferunt: quia uacan-
 tes potib; et dantes simbola con-
 sumunt. et uestiuntur pannis dor-
 mitatio. Audi patrem tuū qui
 genuit te: et ne contempnas cū
 senuerit mater tua. Veritatē
 eme: et noli uendere sapientiā
 et doctrinā. et intelligentiam.
 Exultat gaudio pater iusti: q̄a
 sapientē genuit. letabit̄ in eo.
 Gaudeat pater tuus et mater
 tua: et exultet que genuit te.
 Prebe fili mi cor tuum michi:
 et oculi tui uas meas custodiant.
 Fouea enī p̄funda est meretrix:
 et puteus angustijs aliena. Insi-
 diatur in uia quasi latro: et q̄s
 incautos uiderit interficiet. Cui
 uę. cuius patrię. cui foueę.
 cui sine causa uulnera. cui sus-
 fusio oculorū: Nonne his qui
 morant̄ in uino. et student ca-
 liab; e potandis: Ne intuearis
 unū quando flauescat: cum